

Sbd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

PROPEMPTICON
 ORATIONI VALEDICTORIAE
 GENEROSISSIMI IUVENIS
CAROLI FRIDERICI
DE DACHROEDEN

EQVITIS SCHWARTZBVRGICI, CVM
 EX ILFELDIACO ANTIQVO SAPIENTIAE
 DOMICILIO QVOD EMENDATIORE IN
 STITVTO VITAE, MODERATIONE, INDV
 STRIA INDEFESSA, AC VIRTVTIBVS
 EGREGIIS, AD AEMVLATVM CVNCTO
 RVM, QVI SVNT, QUIQVE APVD NOS
 ERVNT, NOBILIVM, MEMORIAMQVE DV
 RATVRAM PRODENDIS CONDECORA
 VIT, INTER PIORVM NVNCVPATIONEM
 VOTORVM, OMINAQVE AVSPICATI
 ORA DEMIGRARET

PERSCRIPTVM

AK



* * *

NOBILE voluitur prope triennium
 auspicio quando caelesti
CAROLVS FRIDERICVS de **DACHROEDEN**
 eques Schwartzburgicus
 optimis praemunitus comitibus
 PARENTIBVS SVMMIS
 tamquam Ascanius quo in recumbit
 stirpis vna vetustae gloria
 huius in disciplinam conueniret ascererii
 pietate et studiis tam sacri
 quam suismet innocentis semper institutis.
 Spei ac probioris vitae fiducia
 animos quae de ipso subiit
 circumstantes inter gentis praecellae auctoritates
respondere, quod pergaudemus nobis, instituit examusim
 neque ex vulgo nobilium
 leuitate, torpedine, et incitua insolescente
 adeo misero saepius
 stemmatum vt modo famae incumbat
 parum pio ac decoro conatu.
NOSTRO quo rectius obrigit ingenium
 solidae animi virtutis
 suorum, quae sustineat, nominum tenacius
 diuina quorum possessio
 eo nobilior iuxta atque praestantior
 repertus ceteris.

Pietatis, cuius in tantae alias aetatis aestu
 abundantiaque fortunae
 rarius, vel insolentius studium
 rei diuinae, cui per horas tuit heic operatus
 feret quod penitus credimus
 fructum vitae in cunctae actu vberem
excellens nae praemium diuinae gratiae censendum
 valerudo quod quum domi saepe tentata
 loco firmiter fuerit roborata nostro
 morbo vno supremo excepto
 noctibus in quem nimium vigilatis
 prohibitis quidem delapsus,
Tanta contentione ac constantia
 vacaturus vitae non scholae
 consentaneis generi se litteris addixit
 tantaque recitationibus sollertia

inten-

intentus magistrorum
 uti sectari plane non desineret
 donec ad penetralia
 rerum verarum perductus propositarum
 instrumenta sapientiae
 pleniore complexus cognitione.
 Quoties praeter ratiocinationem rectam
 inclinauit studium
 ad eloquentiam, historiam, geographiam
 partesque connexas
 sine quibus iudicantur cetera manca, mutila
 agere id visus
 quasi vellet cupidine inflammatus
 exhaurire vniuersum
 neque ante **NOSTRUM** iam vllus facile
 copiose, curata in dicendi scribendique facultate
 siue Latine, siue Teutonice, siue Gallice
 breui etiam dato spatio, requiratur.
 Eluxerunt in eo mores
 dispare multum
 quos sapiendi auctor in nobilibus depingit
 semper optimi, seniles, et incorrupti
 doctoribus probati
 quibus praecipua obsecundauit cura
 neque, quam ob rem **DEO** vteret propitio
 vniquam, quod vix credibile, offendit.
 Meliores commilitones
 optarunt propter modestam comitatem contubernium
 familiaritate vero nimia
 malorum quae in scholis et academiis lerna
 implicari non tenere passus
 proteruitatem improborum et petulantiam
 exosus magnopere
 abditus plurimum egit solus in museo
 aeterni **DEI** spiritus fauore collustrato
 tantos inde sumisit auctus doctrinarum profuturarum
 quantos non percipiunt impuri
 horum licet se vita latius extendat.
 Conferet nunc se **NOSTER**, quod feliciter eueniat
 perillustri quo **GENITORIS** voluntas
 studiorum enixe cultorum ratio
 consensio magistrorum vocat legitima
 altius ad prytaeum

Mis

Misniae caput orae Lipsiam
pulcram, opulentam, eruditam civitatem.
Noluit tamen prius abire
natura bonus
publica quam gratiarum actione defunctus
AVGVSTVM ERGA BRITANORVM REGEM
quem millenis votis reducem
saluum, fortem exspectat patria
toto precatus pectore
inexpugnandum fati imperium
neque dicatam prorsus non ostendat mentem
summe venerabili ADMINISTRATORI
huius amplificatori athenaei
quaeque ad eruditionem duكتورibus debeat,
Dicendi argumentum elegit princeps
PALLADIS CVM MARTE CONIVNCTIONEM
diserte, vt valet, declarabit
quod sapientiae studia
armis queant debeantque esse decorata
suum militiae debent equidem splendorem
familiae plurimae nobiles
neque tamen ea propter contemnendae musae
regiae scientiae
disciplinae publico salutare
emerfere aliae per mansuetiores pacis artes
summa ad omnia
hodieque tuentur consiliis regna, provincias,
Arma sicut sine legibus sunt latrocinia
ita sine illis hae inualidae
fortitudo sine prudentia temeritas.
Aderunt inter boni ea et cordati
laudantium fautores exemplorum
vltimum expromte apud nos edissertero
die crastini, hora decima.
Profectibus faueat DEI infinita benignitas
viuidae prorsus mentis iuuenis
muniat illum aduersus genus omne illecebrosum
incomparabilem gaudendi ex eo materiem
PARENTIBVS gratificetur INCLITIS.
Ita precor efflictim ac voueo
GE. NICOLAVS KRIEGK
ELFELDAE AD FAVCES CELEBRATAE HERCINIAE
D, V MARTII, CIO DCCC XXII

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.


1077

R.40



145

PROPEMPTICON
 ORATIONI VALEDICTORIAE
 GENEROSISSIMI IUVENIS
CAROLI FRIDERICI
 DE **DACHROEDEN**



VARTZBURGICI, CVM
 ANTIQVO SAPIENTIAE
 OD EMENDATIORE IN
 , MODERATIONE, INDV
 SSA, AC VIRTVTIBVS
 AEMVLATVM CUNCTO
 T, QVIQVE APVD NOS
 M, MEMORIAMQVE DV
 DENDIS CONDECORA
 CVM NVNCVPATIONEM
 INAQVE AVSPICATI
 EMIGRARET
 SCRIPTVM

AK

